



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita, Et Gestis S. Francisci Xaverii È Societate Iesv
Indiarvm Apostoli Libri Qvatvor**

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1666

23. De Sanciano Insula eiusque portu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10854

citos ne esset à typhonibus depressa. Verum Xauerius cuius eam suafu miserat Præfectus, affirmavit quamprimum adfuturam, reddituramque ab Lusitanis Sancianensibus, ad recreandos vectores escaria munera; occurras quin etiam eorum naues, viamque in portum præituras, quæ vt erant prædicta, sigillatim euentus edidit. A puppi scapha nauim coacta est assequi, vt pote metas itineris transgressam; post paulum adsunt naues Lusitanæ, cum quibus in portum insularum Sanciani, noui hospites subeunt, tribus ac viginri diebus ex quo Malaca discesserant.

Insularum dixi, vnam enim tres istæ referunt insulæ, adeo inuicem parum distant, idcirco *Sam-Ceu* Sinæ illas vocant, *Sam* enim tres, *Ceu* vero insulas apud eos sonat, Lusitani vt lubet alius Sanciam, Sancianum alij vocitant. Harum præcipua, Macaum versus in angustum cornu porrigitur, cuius extrema portum habent, milliarium trium lunari circuitu. Illic tutum præstat à ventis mare, præsertim typhonibus, alia insula leuæ spatio faucibus obiecta, aditumque nauibus ad portum ductu commodo expandens, cœtera montibus coronantur. Insulæ rarus habitator; victui necessaria perpauca; ager adeo sterilis, vt sit exulum deportationi, quam commercii aptior. Sinæ qui antiqua, seruitutis, aut capitis lege à contactu suorum finum externos nullo discrimine omnes arcent, hanc Lusitanis permiserant, vt dum quæstum ex eorum metibus faciunt, ab eorum tamen consuetudine abessent. Nefas erat illic, mansurum quicquam extruere Lusitanos, tuguriolis dumtaxat è ligno, & carectis licebat se tegere quæ in appulsu contexerent, in reditu dissiparent. Verum enimvero, nec ferrum, nec seruitus sat habebant terroris ad arcendum ingressu tam desiderati imperij sanctum Apostolum, nisi prouidentia omnia moderanti aliud placuisset, destinata illi Sancianum erat tot iterum, & laborum meta, quippe illi haudquaquam in posterum defore instituto fratres, socios caritate, quos eiuſdem generositas spiritus rape-ret ad inferendum in Sinas vltimos, Christi Iesu triumphale labarum, quod ipse iam ad Sinarum portas figere præuertisset. Recessum parabant in Indiã suis cum nauibus Lusitani sed insperato viri sancti aduentu in lætitiã effusi, exceperere illum publicis gaudiis, & cum illo communibus studiis æmulæ pietatis, sacram ei ædiculam bidui opus, in decliu ad portum colle retendere, ex nudis asseribus, & ramis; in ea quidem diuinis operabatur quotidie; verum, ad mysteria Christiana pueris tradenda qui erant in illis nauibus plurimi; ad conciliandos dissidentes, corrigendas libidines, & iniurias lucrorum, concionando, & confessiones, audiendo, portus, nauesque omnes pro templo illi erant. Sed habet aliquid admodum illustre quod ei contigit satagenti puellam nubilem collocare ad subducendam periculo eius honestatem, vt dorem Virgini confaret. Petrum Vellium adit.

Erat is Mercator locuples, vir sociabili eomitate, vitæque hilarior non tamen soluta, liberalitate in pauperes insignis, & Xauerio intimè addictus, quod cum sensisset animæ suæ studiosissimum; nam ex Iaponia

Ll 2 cum

23

De Sanciano
Insula eiusque
portu.

24

Prodigiosa
prædictione
Vellij largitas
compeniatur.